

## **Weichbild magdeburski w układzie śląsko-małopolskim.**

### **Wersja sandomierska**

Rękopis Biblioteki Narodowej w Warszawie, sygn. BN 12600 III, k. 69ra–69rb

Odczyt: Maciej Mikula

Artykuł 20

[20] De debito per iuris extorsionem.

Quicumque aliquem coram iudicio pro debito impulsaverit, si debitum  $\text{---con}^a\text{---}$  coacto iure consecutus fuerit, oportet eodem die solvere et iudex in eo suam penam acquisivit. Si autem querimonia facta fuerit super aliquem pro debito, de quo fatetur, solvere tenetur infra duas ebdomadas, et si tempore statuto debitum non solverit, extunc in eo iudex suam penam acquisivit. Extunc mandat solvere ad octo dies, deinde ad tres dies, extunc die sequenti. [k. 69rb]  $\langle \text{Causa sob...rum } b \rangle$  Quocienscumque tunc mandatum debitor adimplere neglexerit, tociens penam suam in eo iudex acquisivit. Si penam iudicii et debitum creditori solvere contempserit, extunc fiscatur sua possessio. Per hoc compellitur, quod debitum creditori et pena iudicii persolvatur. Sin autem possessione caruerit, extunc banno compellitur, tunc bene potest comprehendi, ubi visus fuerit pro debito et pena. Et quicumque ipsum ultra hoc tenuerit, penam iudicii demeretur.

<sup>a</sup> skreślone przez autora podstawy; <sup>b</sup> nadpisane na marginesie ręką odmienną od autora podstawy

[hasła: dług, skarga, świadczenie, termin, dłużnik, sędzia, mulkta, kara sądowa, wierzyciel, posiadanie, kara]